



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

36. Ut poenitentes & bigami non ordinentur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

Ut Diaconus ante xxv. annos & sacerdos
ante xxx. non ordinetur. *Ex Concilio
Arelatenſi quarto, cap. i.*

XXXV. Et quia in ordinandis Clericis
antiquorum patrum statuta non ad integrum,
sicut expedit, observata esse cognoscitur, ne
forte quorumcunque importunis & inordina-
tis precibus sacerdotes Domini fatigentur, &
ea quæ toties sunt præcepta transgredi com-
pellantur, hoc inter se observandum esse defi-
niunt, ut nullus Episcoporum Diaconum an-
tē quam xxv. annos impleat ordinare præ-
sumat. Episcopatus vero vel presbyteratus
honorem nullus laicus ante præmissam con-
versionem vel ante xxx. ætatis annos ac-
cipiat.

Ut pœnitentes & digami non ordinentur.
Ex eodem, cap. III.

XXXVI. Nullus pœnitentem, nullus di-
gamum, vel internuptarum maritos in prædi-
ctis honoribus audeat ordinare. Et licet hæc
etiam propè omnium canonum instituta con-
fiterint, tamen ne cuicunque sacerdotum sup-
plicandum, sicut jam diximus, importunitas
vel suggestio iniqua surripiat, necesse fuit ut
nunc severiorem regulam sibi velint Domini
sacerdotes imponere. Et ideo quicunque ab
hac die contra ea quæ superius sunt compre-
hensa Clericum ordinare præsumperit, ab ea
die qua hoc ei potuerit approbari, anno inte-
gro Missas celebrare præsumperit, ab om-
nium fratrum caritate noverit se alienum.

400 PRIMA APPENDIX
Quia dignum est ut severitatem disciplinæ ecclæsiasticæ sentiat qui salubriter à sanctis patribus instituta observare contemnit.

Desunt aliquot verba in canone isto, quæ sic interjadienda sunt ex editione canonum istius Concilij Aurelianensis: approbari anno integro Missas facere non præsumat, quam rem si quis observare noluerit, & contra consensum fratrum faciens, Missas celebrare &c. Error fuit librarij.

Qua ætate Diaconi ordinentur.

Capitulo xiiii.

Conc. Agath.
e. 16.

XXXVII. Episcopus verò benedictionem diaconatus minoribus à viginti & quinque annorum penitus non committat. Sanè si conjugati juvenes consenserint ordinari, etiam uxorum voluntas ita requirenda est ut sequestrato mansionis cubiculo, religione præmissa, postea quām pariter conversi fuerint, ordinentur.

Qua ætate Episcopi vel Presbyteri concercentur. *Ex eodem, cap. xvii.*

XXXVIII. Presbyterum verò vel Episcopum ante xxx. annos, id est, ad viri perfecti ætatem perveniat, nullus Metropolitanorum ordinare præsumat; ne per ætatem, quod aliquoties evenit, aliquo errore culpentur.

Qua ætate sacerdotes ordinari debeant. *Ex canonibus orientalium antiquorum patrum cap. xx.*

Concil. Neo-
cæsar. c. ii.

XXXIX. Si quis triginta ætatis suæ non impleverit